



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 47. De traditione Immadi comitis bonorum in villa Lithingi in pago Falhen, nec non de comitibus Thuring et Amalung.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
853 in-  
perante  
Hludo-  
nuico et

§. 47.  
Tradidit *immadus comes* (b) quidquid habuit in villa *litbingi* (c) in pago *falken testes thuring comes* (d) *amalung comes* (e) sime bado uuilheri tan-  
chard ethelin uuulfhard uulfsmer thiadric bernhard hildiuuard reinheri  
albmer.

## §. 48.

Tradiderunt duo fratres *arnulf et beir pro patre suo meinulfo* quidquid  
habuerunt in *scherua* (f) testes bodo sibold uuicmer eilhard *uuibric herimer*  
*bennic*

Waldge-  
resleuo.

fuerit non liquet. Testante nostro Registro ea erat in *Northburingia*. Similitudinem eadem villa habet cum Fallersleben, quarum altera olim fuit haud  
vbi procul Helmstadio, altera non procul ab oppido Aschersleben. Felgeleben  
iacet inter Salza et Barby, atque haec nostra villa videtur.

De comi-  
te Ama-  
lungo.

De villa  
Scherua  
et S. Mei-  
nulfo.

(b) De *comite Immado* vid. supra §. 4. not. (h) et §. 42. not. (s) vbi diximus, eum proba-  
biliter ad stemma Widikindeum esse referendum. Fortassis *Immadus* hic filius  
Widekindi natu maximus erat. Et sane illustris Jo. Georg. ab Eccard, si adhuc  
in viuis foret, de hoc minime dubitaturus eslet.

(c) De pago *Falben* intra ducatum Brunsvicensem et episcopatum Hildesensem vide  
supra §. 35. not. (D) vbi, *Lithangi* villam, Ledingen in ducatu Brunsvicensi vi-  
cum in inspectione Barum esse, asseruimus.

(d) De *comite Thuringo* vid. supra §. 42. not. (P) (Q) et (R)

(e) *Amalungum comitem* inter progenitores ducis Saxonie Hermanni Billingi esse  
referendum, infra §. 92. et §. 125. demonstrabimus. An *comes Amalung*  
hoc tempore comitatum suum habuerit vel in pago *Falben*, vel in pagis eidem  
contiguis, *Saltgeve* et *Flotzvita*, de quibus infra copiosius, non liquet.

(f) Supra §. 41. Bruno quidam, quem, quantum coniectura auguramus, fratrem du-  
cis Ecberti fuisse asseruimus, in villa *Scherua* duas partes mansi tradiderunt. Iam  
addunt *Arnulf Beir* et *Alder* quedam, et infra §. 77. Wichmannus quidam, et  
§. 327. Thiadhardus etiam, ita large et effuse eadem ex villa sua munera cum-  
ulant, vt tandem abbatia nostra *officium* quoddam in villa eadem acquisuerit, de  
quo in Historia Corbeiensi fuisus agemus. Iam queri potest, quisnam hic *Mei-  
nulphus* fuerit, pro quo eius filii bona sua in *Scherua* tradiderunt. Quodsi adfir-  
mamus, *Meinulphus* fuisse *filium Brunonis* Angariorum ducis, apertissime et plati-  
nissime statim questionem motam explicasse videmur. Sed veterius querendo  
instari potest, an hic *Meinulphus* a S. *Meinulfo*, conditore monasterii *Bodeensis* in  
episcopatu Paderbornensi, diuersus fuerit? Vt ergo rem obscuram et tenebri-  
cam, nec omnibus satis perspectam, patefaciamus, querendum est primo, quis-  
nam S. *Meinulphus* fuerit, vt planum fiat, an ille cum nostro *Meinulfo* unus idem-  
que sit, nec ne. Audiamus ergo primum Gobelinum Perlonam in *Cosmodromio*  
aetate VI. cap. 40. Tom. I. Script. Rer. German. Meibomii f. 240. ita differen-  
tem: *Carolus postquam Westphalus subegit, S. Meinulphum de fonte leuavit, ei ma-  
trem eius Wichtrudt dictam, patre eius iam defuncto, in suam protectionem recepit:  
quoniam frater marii defuncti vim stupri sibi conabatur inferre. His Meinulphus  
nobilibus parentibus exortus, archidiaconus in ecclesia Paderbornensi, de bonis paternis  
monasterium monialium, seu canonicarum regularium, in villa Vodicken (lege Bod-  
diken) Paderbornensi diaces, fundauit et dotauit, quod usque ad tempora nostra  
perdurauit: nunc vero non bohium incursu forinseco, sed tinea attenuatum intrin-  
seca, desolationi proximum est. Meinulphus post mortem et in vita miraculis elati-  
ruisse legitur; et natalis dies eius quinta die mensis octobris in diaecesi Paderbornensi  
celebratur.* Hisce cum dictis conferenda est vita D. *Meinulphi*, qua apud Browne-  
rum in *Siderib. Illustrib.* et Surium ad V. octobr. exstat, itemque S. *Meinulphi* Vi-  
ta Sigwardi, quam possideo MS. tam. Ex hisce patet, S. *Meinulphum* circa an-  
num 776 vel seqq. natum esse patre, e prima nobilitate Angaria potentissimo, et  
matre splendidissima Wichtrud, ad quam patre *Meinulphi* defuncto, cum fratre eius,  
(an Widekindus a nobis infra §. 104. not. (n) memoratus?) numina fictosque

D eos